



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

114. Gentiles cupiunt videre Christum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus

S. Marcus,

S. Lucas.

S. Iohannes.

ERant autem quidam Gentiles ex his  
 qui ascenderat ut adorarent in die  
 isto. Hi ergo accesserunt ad Philippum  
 qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant  
 eum, dicentes, Domine, volumus Iesum  
 videre. Venit Philippus, & dicit Andreas  
 & Philippus dixerunt Iesu, Iesus autem  
 respondit eis, dicens, Venit hora, ut  
 clarificetur filius hominis. Amen dico  
 vobis, nisi granum frumenti cadens in  
 terram, mortuum fuerit: ipsum solum  
 manet. si autem mortuum fuerit, multum  
 fructum affert. Qui amat animam suam,  
 perdet eam: & qui odit animam suam  
 in hoc mundo, in vitam æternam custodit  
 eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur:  
 & ubi sum ego, illi & minister meus erit.  
 Si quis mihi ministraverit, honorificabit  
 eum Pater meus. Nunc anima mea turbata  
 est. Et quid mihi sciam? Pater, salvifica  
 me ex hac hora. Sed propterea veni in  
 horam hæc. Pater, clarifica nomen tuum.  
 Venit ergo vox de cælo, Et clarificavi,  
 & iterum clarificabo. Turba ergo, quæ  
 stabat & audierat, dicebat tonitruum  
 esse factum. Alij dicebant, Angelus  
 ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit,  
 Non propter me hæc venit, sed propter  
 vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps  
 huius mundi eicietur foras. Et ego si  
 exaltatus fuero à terra, omnia traham  
 ad me ipsum. (hoc autem dicebat, signifi-  
 cans quæ morte esset moriturus.) Respon-  
 dit ei turba, Non audivimus ex lege,  
 quia Christus manet in æternum: & quomodo  
 tu dicis, Operet exaltari filium hominis?  
 Quis est iste?



| S. Matheus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes.   |
|-------------|------------|-----------|--|
|             |            |           | <p>                     filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, Ad<br/>                     huc modicum, lumen in vobis est. Am-<br/>                     bulate dum lucē habetis, vt nō vos tene-<br/>                     bræ comprehendant, &amp; qui ambulat in<br/>                     tenebris, nescit quō vadat. Dum lucem<br/>                     habetis, credite in lucē, vt filij lucis sitis.<br/>                     Hæc locutus est Iesus: &amp; abiit, &amp; absco-<br/>                     dit se ab eis. Cū autem tanta signa fe-<br/>                     cisset corā eis, nō credebant in eū: vt fer-<br/>                     mo Isaïæ Prophetæ impleretur, quem<br/>                     dixit, Dñe, quis credidit auditui nostro<br/>                     &amp; brachiū Dñi cui reuelatū est? Propte-<br/>                     reā nō poterāt credere, quia iterū dixit<br/>                     Isaïas, Excæcauit oculos eorū, &amp; indu-<br/>                     ravit cor eorū. vt nō videāt oculis, &amp; nō<br/>                     intelligant corde, &amp; cōuertātur, &amp; sanē<br/>                     eos. Hæc dixit Isaïas, quādo vidit gloriā<br/>                     eius, &amp; locutus est de eo. Verūtamen &amp;<br/>                     ex principibus multi crediderūt in eū:<br/>                     sed ppter Phariseos nō confitebātur, vt<br/>                     ē synagoga non eiicerentur. Dilexerūt<br/>                     enim gloriā hoīm magis, quā gloriā<br/>                     Dei. Iesus autem clamavit, &amp; dixit, Qui<br/>                     credit in me, nō credit in me, sed in eū<br/>                     qui misit me. Et qui videt me, videt eum<br/>                     qui misit me. Ego lux in mūdū veni: vt<br/>                     oīs qui credit in me, in tenebris nō ma-<br/>                     neat. Et si quis audierit verba mea, &amp; nō<br/>                     custodierit; ego nō iudico eū. non enim<br/>                     veni vt iudicē mūdū, sed vt saluificē mū-<br/>                     dū. Qui spernit me, &amp; nō accipit verba<br/>                     mea: habet qui iudicet eū. sermo quē lo-<br/>                     cutus sum, ille iudicabit eū in nouissi-<br/>                     mo die: Quia ego ex me ipso nō sum lo-<br/>                     cutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi<br/>                     mandatum dedit quid dicam, &amp; quid<br/>                     loquar. Et scio quia mādatum eius vita<br/>                     æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut<br/>                     dixit mihi Pater, sic loquor. * 134.                 </p> |

V 3